



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodus Clara Et Facilis Vacandi Orationi mentali Atque  
Exercendi se cum fructu in præsentia Dei**

**Coloniæ Agrippinæ, 1687**

Monitum secundum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46004](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-46004)

melitanum electæ, ut Deum perfectè cognoscerent & amarent, veluti revera hic finis est, ob quem creati atque ad istam sacram Religionem vocati sumus.

*Monitum secundum.*

**T**ametsi aspirationum exercitium efficaciter exultum effectus sit ardenterissimæ charitatis & cordis imprimis commoti opus, apeque tametsi videatur proprium dumtaxat esse illis, qui jam in studio orationis progressus fecere non exiguos: quivis attamen juxta suam studere illi potest capacitatem. Etli verò initio eorū illius non multum exciteur aut inflammetur, exercitium nihilominus ipsius optimum ac sanctissimum erit. Deinde ubi exercitium hoc porrò continuaverit, efficaciter ad Deum in corde suo se trahi animadveriet, quod proinde quiescere nullatenus poterit, nisi continuo loquatur, uniuersumque se sentiat divinæ suæ Majestati. Quò ubi demum pervenerit, amor ipsius sibiipsi sufficiens erit, ait idem eximius contemplativus. Hoc est, ubi semel hoc fuerit quis affecitus, nullis amplius indigebit præceptis, aut industriâ occupationis, sive ut materiam habeat, cui intendat; quia temporis successu aspiratio per Dei gratiam ita facilis animæ, ac penè naturalis evadit, ac pulmoni naturalis & facilis est respiratio.

*Monitum tertium.*

**E**xercitium istud quibuslibet Religiosis ap- primè quidem necessarium est, singulariter tamen illi studere debent, qui meditari non possunt, qui que exterioribus exercitiis multum